

Dei honorem & gloriam omnia referant:  
qvem ego supplex veneror, ut Galliæ no-  
stræ juventutem sic regat, quo materiam  
habeamus, sanctum ipsius nomen  
laudandi & celebrandi.

F I N I S.

Scriptor Elogii FRANC. HOTMANI, quod  
operum Tomis præfixum est:

**V**Idit perspicaci vir ingenio, quam imperite,  
quamque impudenter eorum qui se Pragmatico-  
rum & Canonistarum nominibus venditant nonnulli,  
Romanas leges ad arbitrium suum infleterent; ac si-  
bulam istis imposuerat disputationibus quibusdam suis  
contra sectæ utriusque Patriarchas: quas furto sibi pe-  
riisse apud amicos sæpe conquestus est: præter non-  
nulla earum capita Observationum libris ab eo post in-  
serta. Quin & ante multo, cum optimo & sapientif-  
fimo viro doleret tantum temporis tam inutiliter à ju-  
ventute in scholis juris publicis impendi, videretque  
aliam plane esse Ro. legum, aliam regni hujus ratio-  
nem, & utrumque tamen errore noxiq confundi: scri-  
pto brevi sed valido erroris hujus publici admonuit, ne  
deinceps juventutem nostram pœniteret longi sed in-  
fructuosí in re non ita necessaria laboris. Libello no-  
men Tribonianismus in eo παναγγίαν & imperitiam  
Tri-